BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 13 a
INKUNABUŁY



# Aureum ſpeculũ anime peccatricis docens peccata vitare oſtendendo viam ſalutis.

H 14908

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
UNIWERSYTETU im. A. MICKIEWICZA
W POZNANIU

1197317 s

# Aureum ſpeculū anime peccatricis docens peccata vitare oſtendendo viam ſalutis.

H 14908

# Opuſculũ quod ſpeculum aureum anime peccatricis inſcribitur Incipit feliciter)

Anitas vanitatum et omnis vanitas dixit.
Eccl'e.pri.qm̃ vt ait egregius doctor ſanctus
Gregorius. Nõ eſt deo acceptabilius ſacrifi
cium q̃ʒ zelus.id eſt amor animaꝝ. ideo ex di
uerſis autoritatibus ſanctoꝝ doctoꝝ eccleſie
preſentem tractatulũ in vnũ collegi vt pecca
trix anima deuicta per has ſanctas autoritates et ammonitio
nes ad vnũ veritatis et iuſticie lumẽ(ſicut ouis que perierat et
que multũ errauit ſpiritu ſancto inſpirãte) diuinitus reuocet.
et ſtatim ſuũ cognoſcens periculũ.dolorem immunditiã tacta
dolore intrinſecus ad deũ ſe cõuertat.cõuerſa penitentiã agat.
et tandem cum oĩbus ſanctis vitam poſſideat eternã.Siqui
dem vt dicit.Criſo.nunc precipue illudit vanitas vanitatũ et
oĩa vanitas hunc verſum(qui in delitijs et diuitijs verſant)in
parietibus oĩbus et in veſtibus ſuis ſcribere deberẽt in domo
in ianuis et in egreſſibus et añ oĩa in conſcientijs ſuis.vt eũ ſꝑ
pre oculis tenerẽt et corde ſentirẽt.Et qm̃ multe ſtʒ imagines
que decipiunt incautos.oportet hoc quotidie carmen ſalutare
in prandijs et cenis vnũquemq; cõuiuaꝝ cuiuſuis cetus cane
re.et a ꝓximo libenter audire. qꝛ vanitas vanitatũ et oĩa vani
tas.oĩa quippe preterreunt preter amare deũ et illi ſoli ſeruire.
hec Criſ.Cõtinet aũt pñs tractatulus ſeptẽ capitula iuxta fe
rias hebdomade.vt peccatrix aĩa peccatis deturpata qualibet
die ſpeciale capitulum tanq̃ʒ nouũ ſpeculũ accipiat in quo faciẽ
ſuã conſideret.Primũ erit de vtilitate et miſeria hoĩs.Scd̃m
de peccato in cõmuni et quãtum ꝑ peccatũ incurrimus ſpũalia
detrimenta ſiue dãna.Tertiũ de penitẽtia cito faciẽda.Quar
tum de mũdo fugiendo et odiendo.Quintũ de caducis mun
di diuitijs et falſis eius honoribus potentijs et dignitatibus
cõtemnendis.Sextũ de morte ſꝑ et vbiq; timenda.Septimũ
et vltimum de gaudijs paradiſi et penis inferni.

¶ De vtilitate et miſeria hominis. Capitulum primũ.

Erba Hiere.ꝓphe Quare de vulua matris egreſſus ſum
vt viderẽ laborem et dolorẽ et vt nõ ꝯſummarent in con

BIBLIOTEKA GŁÓWNA Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu
Inc. 13

ſuſione dies mei. Si talia loquitur de ſeipſo quē ſanctificauit
deus in vtero matris ſue. qualia loquar de meipſo quē mater
mea genuit in peccato. et Ber. ait Stude cognoſcere teip̄m qꝛ
multo laudabilioꝛ es ſi teip̄m cognoſcis q̄ꝫ ſi te neglecto cogno
ueris curſus ſyderum vires herbaꝝ complexiones hominū
animaliū naturas et habueris omniū terreſtriū ſcientiam. At
tende ergo diligenter o homo q̇d fuiſti ante oꝛtum et quid es
poſt oꝛtū vſqꝫ ad occaſum: et quid eris poſt hanc vitam. ꝓfecto
fuiſti ſpurciſſimū ſperma ⁊ vile ſcenū ꝯceptus in putredine car
nis in fetoꝛe libidinis in feruoꝛe luxurie. et qđ deterius eſt in
labe peccati. Sed attēde quo cibo in vtero materno nutritus
ſis. pꝛofecto ſanguine mentruoſo qui ceſſat in femina poſt con
ceptū. vt ex eo nutriatur cōceptus in vtero. qui quidem ſanguis
vt fertur etiā tam deteſtabilis et immundus eſt vt eius tactu
fruges nō germinant. areſcant arbuſta. moꝛiuntur herbe. amit
tunt arboꝛes fetus. ſi canes inde comederint in rabiē effrenan
tur. Poſtea ploꝛans et vlulās traditus es huius mundi exilio
ad laboꝛem timoꝛē et doloꝛem: et quod grauius ad moꝛtem.
Foꝛmauit ergo dominus deus hoiem de limo terre que terra
ceteris eſt indignioꝛ elementis. planetas āt ex igne fecit et ſtel
las flatus et ventos. ex aere et volucres. piſces ex aqua. homi
nes et iumenta fecit de terra. conſiderans itaqꝫ aquatica te vi
lem inuenies. ꝯſiderans aerea te vilioꝛē cognoſces. cognoſcens
ignea te viliſſimum reputabis nec valebis te pariſicare celeſti
bus. nec audebis te pꝛeferre terrenis te cōparans iumentis te
bis ſimilimum inuenies. cognoſcens ꝙ vnus eſt hominum et
iumentoꝝ interitus. et equalis vtriſqꝫ conditio cum nihil ha
beat amplius hō iumento. de terra oꝛta ſunt et in terrā pariter
reuertentur. qđ ait ſapientiſſimus Salo. Sic ergo o hō quā
tumcūqꝫ nobilis diceris ad hunc mundum veniſti. nec memoꝛ
es q̄ꝫ vilis oꝛigo tui foꝛma. fauoꝛ populi. feruoꝛ iuuenilis. opeſ
qꝫ ſurripuere tibi hec. noſcere q̇d ſit homo ſi cupis, ſtellam doc
toꝛum Auguſtinum de hoc loquētem audito Heu miſer quid
ſum ego ſum vas ſterquilinij. concha putredinis. plenus fetoꝛe
et hoꝛroꝛe. cecus pauper. nudus. plurimis neceſſitatibus ſub
ditus ignoꝛans introitum et exitum meum miſer et moꝛtalis
cuius dies ſicut vmbꝛa p̄tereunt. cuius vita ſicut luna euaneſcit

ſicut folium in arbore creſcit et ſtatim marceſcit.ſum terra mi
ſerie.filius ire vas aptum in cõtumeliã genitus ꝑ immundiciã
viuens in miſeria moriturus in anguſtia Jtem Bernar.Quid
aliud eſt hõ ꝙ̄ ſperma fetidum.ſaccus ſtercoꝝ cibus vermiũ.ſi
diligenter cõſideres qđ per os et nares ceteroſq̄ corporis mea
tus egrediatur.vilius ſterquiliniũ nunq̄ vidiſti Et Inno.pa.
O vilis cõditionis humane indignitas herbas et arbores in
ueſtiga.ille de ſe producũt frondes flores et fructus et tu de te
lendes pediculos et lumbricos. ille de ſe fundunt vinũ.oleum
et balſamũ.et tu de te ſputũ.vrinam et ſtercus.ille de ſe ſpirant
ſuauitatẽ odoris.et tu de te reddis abominationẽ fetoris.qua
lis eſt arbor talis eſt fructus eius.non eñ põt arbor mala fruc
tus bonos facere.Quid aliud eſt hõ ẜm formam niſi arbor euer
ſa cuius radices ſtʒ crines.truncus eſt caput cum collo:ſtipes
eſt pectus cũ aſcellis rami ſtʒ vlne cum tibijs.frondes ſtʒ digiti
cũ articulis.hõ eſt foliũ quod a vento rapit̃.et ſtipula que a ſo
le ſiccatur Unde Job Hõ natus de muliere breui viuens tp̄e
repletur multis miſerijs qui q̄ſi flos egreditur et cito cõteritur
et fugit velut vmbra et nunq̄ in eodem ſtatu ꝑmanet. Hinc et
deus inquit ad hominẽ Geneſ.iij. Quia puluis es et in pulue
rem reuerteris.Et Job Dñe memẽto qꝛ ſicut lutũ feceris me
et in puluerem reduces me q̇d ergo lutũ ſuꝑbis de quo puluis
extolleris.Uñ cinis gloriaris cuius cõceptio culpa eſt.et naſci
pena labor vita mori neceſſe.Cur carnẽ tuã precioſis rebus im
pinguas et adornas.quã paucos poſt dies vermes ĩ ſepulchro
deuoraturi ſtʒ.animã vero tuã nõ ornas bonis operibus.que
deo preſentanda eſt et angelis eius in celis.Quare animã tuã
vilipendis et ei carnẽ preponis: dominã ancillari et ancillam
dominari magna abuſio eſt:O anima habes inimicũ domeſti
cum amicũ aduerſariũ.qui malũ pro bono reddit et ſub ſpecie
amicie crudelior exiſtens inimicus fit et hoſtis.ſcʒ caro tua infe
lix et miſera.multũ tamen tibi dilectã hanc cũ pauiſti inimicũ
cõtra te erexiſti.hanc cũ ornaſti inimicũ cõtra te armaſti.hanc
cum feraꝝ varijs et precioſis indumentis veſtiſti.oĩbus celeſti
bus indumẽtis te ſpoliaſti.Cõſidera te attende o homo pecca
tor q̇d eris poſt hanc vitã. eris reuera cadauer miſerum et pu
tridum et cibus vermiũ inſpice corꝑa eoꝝ quis morte corporis

Alij aũt reges et potentes in preiudiciũ inimicoꝝ ſuoꝝ depo
pulantur terras eoꝝ.deus aũt diſſipauit terrã ꝓpriam. qꝛ pec
catũ intrauit terrã ſuã. Item deus nõ ſolum hꝫ odio peccatũ
ipm veꝝ etiã quicq̃d peccatũ tangit. Alij aũt hoĩes ꝓpter vinũ
corruptum nõ ꝓijciunt in mare vaſa aurea vel argentea ſeruãt
vaſa et fundunt vinũ.deus vero non mõ peccatũ ſed etiã vaſa
peccati creaturas rationales.ſcꝫ animas ad imaginẽ ſuam fac
tas ⁊ cum ſuo preciſo ſanguine redemptas in odium peccati
proijciet in oceanis inferni.ideo dicit̃.Sap.ix.Odio ſunt deo
impius et impietas eius.Uñ deus nõ habet tam bonũ amicũ
nec in celo nec in terra quẽ non haberet odio vſq̃ ad mortẽ ſi
in eo reperiret vnũ peccatũ mortale. Uñ petrus licet ardenti
us amaret xp̃m ceteris apoſtolis tamen xp̃us eũ cõdemnaſſet
ſi deceſſiſſet in peccato trine negationis.Scd̃o quãtum deus
odiat peccatũ oſtenditur qꝛ ꝓpter peccata mundi ſuũ vnigeni
tũ innocentẽ interfecit.qd̃ teſtatur Iſa.liij. dicẽs Propter ſce
lus populi mei ꝑcuſſi eũ.ipſe nempe dei filius vt peccatũ inter
ficeret ⁊ occideret tradidit in mortẽ animã ſuã:vt dicit̃ Iſa.li.
Nullus aũt inuenit̃ qui tm̃ odiat inimicum ſuũ ⁊ in odio eius
vellet interficere vnigenitum ꝓprium. Tertio hoc idẽ oſtendit̃
qꝛ deus ꝑſecutus eſt peccatũ ab initio intantũ ꝙ proiecit illud
de celo et vidẽs ꝙ remãſerat in terra ſcꝫ in mũdo.ipſe in ꝓpria
ꝑſona deſcendit in mundũ vt de ipſo fugaret peccatũ.et tandẽ
in die iudicij proijciet et cõcludet ipm in infernũ.vñ Mich.vl.
Proijciet in profundũ maris peccata noſtra.Quarto ꝙ deus
odiat peccatũ patet hac ſimilitudine.qꝛ bona mater videt̃ mul
tũ odire illud ꝓpter qd̃ puerũ ſuũ in clibanũ ardentẽ poneret et
nũq̃ꝫ eum inde traheret.ſic deus ꝓpter odiũ peccati filios ſuos
quos tm̃ dilexit ꝙ ꝓ illis mori voluit in ignẽ extinguibilẽ ꝓij
ciet ſi inuenerit in eis peccatum mortale.Sic ergo o peccatrix
aĩa legiſti quãtum deus odio hꝫ peccatũ.tu ergo ſi placere ei cu
pis ſumme vites peccatũ vt in te non habeat locũ.mulier eñ
eſſet multũ infidelis que hoĩem ꝑmitteret in lecto ſuo quẽ vir
ſuus odio haberet. et ꝑ quẽ viro ſuo multa mala eueniſſent.ſi
ergo peccatũ eſt qd̃ ſumme odit xp̃s animaꝝ ſponſus et ꝓpter
qd̃ ſibi multa mala acciderunt et tandẽ ipſa mors.quare o cha
riſſime monitionẽ dauidis ſequens dices.Cor mundũ crea in

me deus ⁊c. Scđo debes ſumma cū diligentia vitare peccatū
maxime mortale. qꝛ ſumme dyabolo placet et ipm letificat qđ
triplici ſigno reſereat᷑. Primo qꝛ in nullo alio delectat᷑ nā neqꝫ
balneum aliud. neqꝫ argentū neqꝫ aurū querit. ſꝫ tantū animas.
Uñ Gene. xiiij. in ꝑſona eius dt. Da mihi animas cetera tolle
tibi Et Gregorius ibidē nihil ſe feciſſe eſtimat cū animam nō
ſauciat: ſicut em̄ rapax auis cor prede. ſic diabolus hoīs animā
maxime cupit. Secundū ſignum. qꝛ dyabolus ſumme diligit
peccatū ꝓpter eius aſſiduā temptationē. et qꝛ in ꝑpetrando pec
catū nunqꝫ fatigat᷑. nam ſex milibus annis. et amplius peccata
inceſſanter ꝑpetrauit nec fatigat᷑ ſꝑ noua ꝓcurare. ideo cū deus
eum Job. i. interrogauit dicēs. Uñ venis Reſpōdit Circuiui
terram et ꝑambulaui eam tm̄ em̄ occupatur in peccatis ſugge
rendis ꝙ non licet ei ſomnū capere Juxta illud Job. iij. Qui
me comedunt nō dormiunt. Tertiū ſignum ꝙ peccatum ſum
me dyabolū letificat eſt ꝙ ipſe nunqꝫ potuit ſatiari peccatis nā
infinita milia hoīm peccatis iam deuorauit. ⁊ tñ adhuc fameli
cus ē. et ſicut leo rugiens circuit querēs quē deuoret. vt dicit᷑. i.
Peri. v. Et non ſolū famelicus. ſꝫ et letibundus Job. Abhor
reſcit fluuius et nō mirabit᷑. et habet fiduciam qꝛ influat iorda
nis in os eius. i. in eterna: fluuius quē abſorbet dyabolus ⁊ nō
miratur ſtꝫ peccatores cum impetu currentes in os eius quos
ſumme deſiderat abſorbere. Exemplum habet᷑ in vitaſpatrū in
capitulo demonū. qualiter eoꝝ vnus laudatus et honoratus ē
a principe domonū et in cathedrā locatus. qm̄ fecerat fornica
ri vnū monachum quē xliiij. annis vix traxerat ad peccatū. ergo
aīa peccatrix plorare deberet. eo ꝙ totiens letificaſti cōtra te
inimicos tuos. ſcꝫ demones quotiēs peccaſti mortaliter et de
cetero ꝑ puram cōfeſſionem et dignā ſatiſfactionē fac gaudere
ſuꝑ te deum tuū et angelos eius. gaudium eſt em̄ angelis dei
ſuꝑ vno peccatere penitentiam agente Lu. xv. Tertio debes
ſummo ſtudio vitare omne peccatū. qꝛ tibi ſumme nocet. nam
primo ꝑ peccatū ſeꝑamur ab amore dei ⁊ efficimur eius inimi
ci Iſa. lix. Iniquitates noſtre diuiſerunt inter vos ⁊ deū. et
peccata noſtra ꝓhibuerunt faciem eius a nobis. Uñ quicūqꝫ
ſanctus in celo exiſtens peccaret. ſtatim decideret. et dei amici
cia ad eum diſſolueretur. Unde Augu. Qui peccat in amicū

hinc exierunt. et nihil inuenies in eis niſi cinerē et vermen feto
rem ⁊ horrorē. qđ tu es illi fuerūt. ⁊ qđ ipſi ſt̄ʒ tu eris. hoīes fue
runt ſicut tu. comederūt biberunt riſerūt duxerūt in bonis di
es ſuos ⁊ in puncto ad inferna deſcenderūt: hic caro eoꝝ ver
mibus et illic anima eoꝝ deputat̄ in igne donec curſu infelici
tranſacto ſempiternis inuoluant̄ incendijs: qui ſocij fuerūt in
vicijs. Quid ꝓfuit inanis glāa. vna pena implicat quos vnus
amor in crimine ligat. q̄d profuit illis breuis leticia mundi. po
tentia. carnis voluptas: falſe diuitie. magna cōcupiſcentia. vbi
riſus. vbi iactantia: vbi arrogantia de tanta leticia. quāta triſti
cia poſt tantillam voluptatē. tam grauis miſeria. de illa exulta
tione ceciderunt in graudē ruinā ⁊ magna tormenta. Quicq̄d
illis accidit tibi accidere p̄t. quia hō es homo de humo humus
de limo. limus de terra. de terra venis et in terrā reuerteris. qñ
veniet morieris: ſed incertum eſt quādo qūo vel vbi qm̄ mors
te vbiqʒ expectat. tu quoqʒ ſi ſapiēs fueris vbi eam expectabis.
De iſtis quippe mundi amatoribus ait. Iſidorus: Dilectiſſimi
penſare debemus q̄ʒ breuis eſt mundi felicitas q̄ʒ modica eſt
huius ſeculi gratia q̄ʒ caduca q̄ʒ fragilis temporalis potentia
dicat qui poterit vbi ſunt reges vbi ſunt principes imparato
res: vbi rerum locupletes vbi potentes ſeculi vbi diuites mun
di. quaſi vmbra tranſierunt ⁊ velut ſomniū euanuerunt querun
tur et non ſt̄ʒ. Quid dicemus adhuc reges obierunt et princi
pes mortui ſunt. multi tamen putabant diu viuere ⁊ quaſi nun
q̄ʒ a morte cadere de preſenti vita. Certe non ſic impij non ſic.
vos autē ſicut hoīes moriemini. et ſicut vnus de principibus
cadetis: Sed de cōditione hominis poſt mortem. hec inquit
beatus Bernardus. Quid fetidius humano cadauere. q̄d hor
ribilius hoīe mortuo. cuius in vita erat gratiſſimus amplexus.
fit eīn in morte horribiliſſimus aſpectus. ideo ſubdit poſt ho
minem vermis. poſt vermē fetor ⁊ horror. Quid ergo proſunt
diuitie. quid delicie. quid honores. diuitie non liberant a mor
te nec delicie a vermibus. nec honores a fetore. Item ad idem
inquit Criſoſto' Quid ꝓfuit illis q̄ in luxuria corpis et p̄ſentis
vite voluptatibus vſqʒ ad vltimū diē ꝑmanſerūt intuere nunc
ſepulchra eoꝝ. vide ſi eſt aliqđ iactantie veſtigiū ſi aliqua diui
tiaꝝ vel luxurie ſigna cognoueris. require nūc vbi veſtes ⁊ or

namenta pulcherrima. vbi nūc eſt ſpectaculorum voluptas vel aſſeclarꝝ turbe ⁊ cōuiuarꝝ. ceſſit epulantia riſus. iocus. ⁊ immoderata atqꝫ effrenata leticia quo abijt. quo receſſit. vbi illa nūc et vbi ipſi. q̄s finis vtrorumqꝫ: intuere diligenter attende ꝓpius ad ſingulorꝝ ſepulchra vides cineres ſolos ⁊ fetidos vermium reliquias. recordare ergo hunc oīm eſſe finē etiam ſi in leticia ⁊ delicijs. etiā ſi in labore ⁊ in cōtumelioſam tranſegerūt hic vitam vitinam circa hec vigil meditanſqꝫ verſeris. Sꝫ infelices quippe filij Adā omiſſis veris ⁊ ſalutaribus ſtudijs caduca potius ⁊ tranſitoria querunt. ſi tu chariſſime ruminans in corde vtilitatē tuā ⁊ miſeriam ſcđm exteriorē hominē. ſectare humilitatē. fuge ſupbiam ſciens ꝙ ſupbia ē ſignum quo dyabolus diſtinguit ſuos ab alijs. Vñ dicit Job. xv. Ipſe eſt rex ſup oēs filios ſuperbie. ⁊ vt inquit beatus Gregorius. Crudeliſſimum reprobořꝝ ſignum ſupbia. electorꝝ humilitas. quod ſi quis habeat cognoſcitur ſub quo rege ſit. vel militet ſcꝫ xp̄o vel dyabolo. Vñ dicit Iſidorus Anima ſupbia deo relinquitur ⁊ fit demonum habitaculum. Eccleſiaſtes. Odibilis deo et hominibus ſupbia vt patet. Supbia em̄ luciferum de celo eiecit. adam de paradiſo repulit: pharaonē et exercitū eius ſubmerſit: Saul de regno eiecit: nabuchgonoſor in beſtiā tranſmutauit. ꝓpter ſupbiam antiochus vile mortuus eſt herodes ab angelo percuſſus.

¶ De peccato in cōmuni et quāta per peccatum incurrimus ſpiritualia detrimenta ſeu damna. Capitulum ij.

Vi facit peccatū a dyabolo eſt qui peccauit ab initio Scribitur em̄ Job. iij. capi. Peccatum ē onus qđ celum nō ſuſtinet nec terra vltimo ſuſtinebit. ſꝫ deſcēdit ad infernū cū factore ſuo. Et ſciendū ſm̄ Auguſtinū. ꝙ oē dictum factū vel cōcupitum cōtra legē dei ē peccatū quod debet multū (qui ſaluari cupit) cum ſumma diligētia vitare. Et hoc precipue ꝓpter tria. Primo qꝛ deo diſplicet ſumme. Scđo qꝛ demonibus valde placet. Tertio qꝛ hoī valde nocet. Dixi tibi primo o hō ꝙ debes vitare cū ſumma diligētia oē peccatū. qꝛ deo ſcreatori tuo valde diſplicet. ⁊ ad hoc debes cogitare q̄d ds̄ fecerit ꝓpter odiū peccati. Ipſe quippe ꝓpter peccatū fere diſſipauit oīa opa. ſcꝫ totū mundum p diluuiū. vt habet. Gene. vij.

veriſſimum et fideliſſimum. dicitur vituꝑabilis. qui vero peccat in deū potentiſſimū et patrē piĳſſimū qūo non erit vituꝑabilis et abominabilis. Quarto ꝑ peccatum obligatꝰ peccator et ad iudicatur patibulo inferni. et qꝛ lex diuina non multū diſcrepat ab humana. ideo oēs legalis decreti tranſgreſſores vel maieſtatis regie cōtemptores. i. oēs peccatores merentur interire ſuſpendio ſcd̄m ꝙ ſignificatꝰ in Eſdra. xiiĳ. et in decē. darĳ vbi dꝛ ſic. Et denuncietꝰ vt quicūqꝫ trāſgreſſi fuerint aliquid ex his q̄ ſcripta ſtꝫ quātum ad peccatū cōmiſſionis. aut ſpreuerint quātū ad peccatū omiſſionis. accipiatꝰ lignū de ſuis ꝓꝑrĳs. i. de orto ꝓꝑrie ꝯſcientie. ibi em̄ creſcit lignū quo peccator ſuſpēditꝰ et ſuſpendatꝰ. bona quoqꝫ ſua aſcribantꝰ. ſil'r em̄ redeunt ad gloriā regis celeſtꝫ peccata reproboꝝ ſicut gl'a bonoꝝ. ecce cariſſime qđ lex humana corꝑaliter facit hoc ſpūalis lex diuina: Idē fere legitur Heſter. vĳ. Suſpēdite Amā in patibulo. ꝑ aman intelligitur iniquus et ꝑ hūc peccator quē rex celeſtis iubebit ſuſpendi in patibulo inferni ſi eū in peccato mortali inueniret. Quinto em̄ peccatū ſpoliat hoīem oī bono grē in pn̄ti et gl'e in futuro. prouer. xiiĳ. Miſeros facit hoīes peccatū. eſt em̄ peccator pauꝑ. qꝛ nihil hꝫ. immo ꝑ peccatum mortale ſeipm̄ amiſit et in ſeruitutē dyaboli tranſiuit. Pauperior. qꝛ nihil p̄t lucrari. eo ꝙ oꝑa meritoria vel deo grata in tali ſtatu facere non p̄t. Sed et pauꝑrimus qꝛ nihil p̄t ei dari. nam bona facta ꝓ ſeipſo non ꝓſtꝫ ei ad ſalutē. qꝛ nō viuit niſi quo ad corpus. vn̄ dicit Boetius li. iiĳ. de cōſola. Homo prauus nō eſt hō niſi ſicut hō mortuus. homo em̄ ꝑ peccatū ſeparatꝰ a lumine vniformi et excecatꝰ atqꝫ ſubtenebratꝰ Sopho. i. Ambulabunt vt ceci qm̄ dn̄o peccauerūt et in pſal. Neſcierūt neqꝫ intellexerūt qui in tenebris ambulāt. et Hiero. Deprimitur plane aīa ꝑ peccatū polluta interius ne valeat ſuſpicere ſuperius. hoc peccatū eſt ſicut putredo in pomo. ſicut em̄ putredo in pomo aufert valorē decorem colorē et odorem. odorē fame. valorem gl'e. colorē forme. et ſaporem grē. ſic putredo eſt oē peccatum. nam de eo dicitꝰ yſa. xv. Qui facit illud: luto vilior ē vita eius. Et Augu. Tolerabilius canis putridus fetit hoībus q̄ꝫ anima peccatrix deo: ideo in quodā ſermone hec v̄ba ait quibus quedā lubricū a dicto retraxit. Quid prodeſt plena archa ſi inanis eſt cōſcientia bona vis habere et

bonus eſſe non vis non potes erubeſcere cum domus tua plē na eſt bonis et tu malis. quid eñ eſt qd velis malum habere: dic mihi.mihi omnino nō vxorem.non filiū non ſeruū non an cillam nō tunicā poſtremo nō caligā:et tamē vis habere malā vitam.Rogo te prepone vitā tue calige.omnia que circūiacent oculis tuis elegantia et pulchra tibi cara ſūt et tu tibiipſi vilis ⁊ fetidus es.ſi poſſent tibi reſpōdere bona tua(quibus plena eſt domus tua)non clamarent.ſicut tu vis bona noſtra habere. ſic et nos volumus dñm bonum habere tanta voce inuocant dñm deum cōtra te.Ecce tāta bona dediſti huic et ipſe malus. qd prodeſt eñ ei quod habet qñ eum(qui omnia dedit)non ha bet.Sexto p peccatum efficitur beſtialis.Unde Boetius.iiij. de cōſola.Homo probus pbitate deſerta in beluā cōuertitur. Et philo.in ethicis dicit.ꝙ eſt peior ꝙ̄ beſtia. quibus concor dat Dauid dicens:Homo cū in honore eſſet.i.in gratia gratū faciente nō intellexit cōparatus eſt iumentis inſipientibus et ſi milis factus eſt illis.Septimo et vltimo ex peccatis naſcitur dyaboli ſeruilis filialitas.Unde prima Johā.iij.Qui facit pec catum a dyabolo eſt.pro his oībus o infelix peccator miſerere anime tue et noli peccatū inducere ſup eam.ſed que legiſti tāta mala.offenſa videlicet dei,leticia inimici et damnū ꝓprium me morare.agnoſce igitur o homo ꝙ̄ nobilis eſt aīa tua ꝙ̄ grauia fuerūt illa vulnera eius.p quibus neceſſe fuit illum dñm vulne rari.ſi nō eſſent hec ad mortē eternā nunꝙ̄ p eoꝝ remedio dei filius mortuus eſſet. noli ergo vilipendere aīe tue paſſionem. cui a tāta maieſtate tantā vides exhiberi cōpaſſionē.fudit ipſe lachrimas pro te.laua et tu p ſingulas noctes lectū tuū cōpunc tione et lachrimaꝝ aſſiduitate.fugit ipſe ſanguinē pro te.funde et tu tuū quotidianā cordis afflictionē.noli attendere qd caro velit ſed qd ſpūs poſcit.Nā vt dicit Grego.vñ caro ad tempus ſuauiter viuit inde ſpūs in eternū cruciat.et quo plus caro pu nitur in hac vita tanto plus gaudebit in futura Augu.Volū tarie nūc poſtponamus p xpo qñꝙ̄ dimittenda:ne qd abſit.p tranſitorijs amittamus eterna ſi eñ tibi diceret carnis volup tatibus fruere ſicut placet.ea tñ cōditione ꝙ tibi poſtea oculi eruantur.ſeu ꝙ omne ſolaciū tollat tibi toto tpe vite tue et ꝙ in fame et ſiti et in oī cruciatu et miſeria viuas nūꝙ̄ tale bonū ha

bere velles.vt poſt illud tot damna ſuſciperes et quid tota hec vita vbi nec mẽſis eſt nec vnius diei vel hore ſpacium ad illius eterne infelicitatis inferni comparationem.cui neq3 finis eſt neq3 pena ſimilis inuenitur. Hec Auguſtinus.

¶De penitentia cito facienda. Capitulum tertium.

Ui non accipit crucẽ et ſequitur me nõ eſt me dignus: Mat.xiiij. Per hanc crucẽ penitentia deſignat᷑ quã de neceſſitate quilibet peccator debet ſuſcipere et pſeuerãter tolerare ſi in eterna beatitudine cupit regnare cũ xp̃o. Uñ Hiero. in epiſtola ad Suſannã. Neceſſaria eſt penitentia que aut equet crimina aut certe excedat. et Auguſtinus quiſq3 deſiderat ſaluari. quicquid poſt purum baptiſmũ traxit. oportet q abluat ſaltem lachrimis mentis Sed forte diceres durus eſt hic ſermo nõ poſſum mundũ ſpernere et carnẽ meam odio habere ꝛ caſtigare: audi non meam ſ3 glorioſi Hieronimi reſponſionẽ ſuꝑ hoc impoſſibile eſt ait vt q̃s pñtibus ꝛ futuris fruatur bonis vt hic ventrẽ ibi mentẽ impleat. vt de delitijs ad delicias trãſeat. vt in vtroq3 ſeculo videlic3 in celo ꝛ in terra appareat glo͛ſus Quã Hieronimi ſententiã ꝯfirmat beatus Gregorius dicens Multi cupiunt euolare de leticia exilij pñtis vite ad gaudia paradiſi. ſ3 nolunt carere oblectamentis mundi. vocat eos gratia xp̃i. ſed reuocat eos cõcupiſcentia ſeculi. cupiunt mori morte iuſtoꝝ ſed nolunt viuere vita eorum. hi in eternum peribũt. quia opa illoꝝ ſequunt᷑ illos. Itẽ Bernardus Auſteritas cõuerſationis beati Johãnis baptiſte peccatoribus delicioſis durus eſt nuncius eterne mortis. Quid eñ irrõnales fere reptilia terre inſanimus cũ illo quo inter natos mulierum nemo ſurrexit maior. innocentiſſimum corpus ſuũ ſic afflixit et nos indui precioſis veſtibus feſtinamus et ſplendide laute delicateq3 epulari. nõ ſic impij nõ ſic itur ad aſtra. Deniq3 recordare pabole vel hyſtorie de diuite qui dñs fuit tantaꝝ opum. qui purpura indutus et byſſo vnã guttam aque nõ potuit obtinere pro ſue refrigerio lingue cũ eſſet in ardoꝝ neceſſitate conſtitutus hec recordare amice mi et age penitentiã dum tempus eſt: Nam inquit Gregorius Deus et ſi penitẽtie tantã veniam ſpoſpõderit peccanti tñ craſtinũ diẽ non ꝓmiſit. Penitẽtia igit᷑ erit p̄terita mala deplãgere ꝛ plãgenda iteꝝ nõ cõmittere et pro

poſitum cõmittendi habere Unde Augu. in ſuis ſoliloquijs.
Jnanis ē penitētia quā ſequēs culpa coinquinat nihil ꝓſunt
lamenta ſi expleant͛ peccata. nihil valet a malis veniam poſcere
et mala denuo iterare. Sed ꝑ ampliore declaratione. Nota ꝙ
tres ſt ꝑtes integrales penitētie. ſcꝫ cordis ꝯtritio. oris ꝯfeſſio
et operis ſatiſfactio. qm̄ eñ deum tribus modis offendimus.
delectatione cogitationis. imprudentia locutionis et ſuperbia
operis. et qꝛ cõtraria cõtrarijs currantur. tribus modis oppo
ſitis ſatiſfacimus delectationi cogitationis opponendo contri
tionē imprudentie locutionis confeſſionē. ſupbie operis oppo
nendo ſatiſfactionē. de cõtritione aūt primo videamus. Unde
cõtritio eſt dolor ꝑ peccatis voluntarie aſſumptus cū ꝓpoſito
abſtinendi confitendi et ſatiſfaciendi. Et dicit Bernar. triplex
habet eſſe dolor iſte: acer acrior et acerrimus. acer debet eſſe qꝛ
dn̄m deum noſtrum et creatorē omniū offendimus Acrior qꝛ
patrem noſtrū celeſtem qui nos multipliciter paſcit impugna
mus. et in hoc peiores canibus ſumus qui paſcētes ſe diligūt
et ſequunt͛. Acerrimus qꝛ redemptorē noſtrū qui nos redemit
ꝓprio ſanguine. et a peccatoꝝ vinculis liberauit et a crudelita
te demonū et acerbitate gehenne eripijt quātum in nobis iteꝝ
crucifigimus: Sed de tribus debemus dolere. ſcꝫ de cõmiſſo
peccato et de amiſſo tpe. De virtute et qualitate huiuſmodi cõ
tritionis ſic ait Augu. Plus valet cõtritio ꝙ̄ totius mundi ꝑ
egrinatio. Jtem quedā gloſa ſup pſal. Ad dn̄m cū tribularer.
neſcit dn̄s differre indulgentiā cum cõpunctū corde ſibi ſenſe
rit ſupplicare Et Criſo. Sola eſt cõpunctio que animam hor
reſcere facit purpuram. deſiderare ciliciū amare lachrimas. fu
gere riſum. Jtē nihil cõglutinat et vnit deo vt lachrime peniten
tis. Ecõtra vero vt ait Augu. Acriores dyabolo dolores nõ
infigimus ꝙ̄ cum plagas peccatoꝝ noſtroꝝ cõfitendo et peni
tendo ſanamus. Sꝫ heu cū tanta bona ꝑ penitentiā cõſequa
mur. pauci tamē penitentiā agūt de quo dn̄s cõqueritur dicēs
ꝑ Hieremiā dicentē. Nemo qđ bonū eſt loquit͛. Nullus eſt qui
agat penitentiā ſup peccato dicēs. qđ feci Scđm videlicet cõ
feſſio ſolet deſcribi ſic. ꝙ eſt legitima corā ſacerdote peccatoꝝ
declaratio. vn̄ ethimologizatur cõfeſſio quaſi ſimilis vel ex toto
vel vndiqꝫ faſſio. nam vere ꝯfitetur qui totū fatetur. vel vt dicit

Iſidorius libro ethimo. Confeſſio eſt per quā latens morbus
anime ſub ſpe venie cōſequende in dei laude aperitur. De cuius
virtute inquit Ambro. ſuꝑ pſal. Beati immaculati Ceſſat vin
dicta diuina ſi confeſſio precurrat humana. Et Caſſiodorus
ſuꝑ pſal. Confiteantᷣ tibi populi deus. Illis nō iudex ſ; aduo
catus eſt xp̄s. qui ſe ꝓpria cōfeſſione dānarūt: et Leo Papa
Nō remanet iudicio cōdemnandū. quod fuit in cōfeſſione pur
gatū. Et Auguſtinus in libro de penitētia. Confeſſio eſt ſalus
animaꝝ. diſſipatrix vicioꝝ. reſtauratrix virtutū. oppugnatrix
demonū. quid plura obſtruit os inferni. portas aperit paradi
ſi. Pro his oībus cariſſime iuxta cōſiliū Iſa. Dic tuas iniqui
tates et iuſtificeris: inicium iuſticie cōfeſſio peccatoꝝ. oportet
em̄ te ꝯfiteri oīa tua peccata quoꝝ memoriā habes integre vni
ſacerdoti de his te abſoluēdi poteſtatē habenti. ita ꝙ non vnā
ꝑtem tm̄ tuoꝝ peccatoꝝ vni ſacerdoti dicas ꝛ alterā alteri. q̄a
neuter ſacerdos poſſ; tibi ſic cōfitenti dare remediū. ideo dicit
Ber. Qui confeſſionē ſuā diuerſis cōfeſſoribus diuidit venia
caret. execranda nāq; fictio eſt peccatū diuidere ꝛ ſuꝑficietenus
radere et non intrinſecus eradicare. et tales recipiunt excōmu
nicationē ꝓ abſolutione. maledictionē pro bn̄dictione. Talis
namq; diuiſio cōfeſſionis fit ꝑ ypocriſim. quia grauia peccata
dicūt ignotis ſacerdotibus ꝛ illi (cū quo verſantur) leuiora nar
rāt. De quibus dicit Augu. et ponitᷣ in decretis. Qui cōfeſſio
nem diuidit laudandus non eſt: qđ vni celat alteri reuelat. qđ
eſt ſeip̄m laudare ꝛ ad ypocriſim tendere Satiſfactionē (quā
Auguſtinus diffinit) diſcutiamus tāq; penitentie terciā ꝑtem:
inquit em̄. Satiſfactio eſt peccatoꝝ cauſas excidere et eoꝝ ſug
geſtionibus aditū nō indulgere. Nā vt dicit beatus Gregori
us. Nequaq; ſatiſfacimus ſi ab iniquitate ceſſamus niſi volup
tates (quas diligimus) cum ecōtrario oppoſitis lamentis inſe
quamur. Et ait Criſoſto. Qualis preceſſit offenſio talis debet
inſequi cōciliatio tam pronus ad lamenta. quāto fuiſti pronus
ad culpam. qualis fuerit tibi ad peccandū intentio: talis ſit tibi
ad penitendum deuotio. grauia peccata grauia lamenta deſide
rant. Quia vt dicit Euſebius epiſcopus. Non leui intentione
agendū eſt vt debita illa redimantᷣ quibus mors eterna debetᷣ:
nec pauca opus eſt ſatiſfactione ꝓ malis illis ꝓpter que paratus

eſt eternus ignis. Sed heu multi ſtatim fatigant in hac vita et
a via ſatiſfactionis retro aſpiciūt cū vxore Loth. Cōtra quos
Bernardus in quodam ſermone ait. Qui pfecte ſenſerit onus
peccati aīe leſionē. ille aut parū ſenſerit aut omnino nō ſenſerit
corporis penā: nec reputabit laborē quo peccata nouerit dele
ri preterita cauēs futura. Et Auguſtinus ſup pſal. Sunt mul
ti quos peccare nō pudet. agere tñ penitentiā puderet. O incre
dibilis inſania de vulnere nō erubeſcēs. nōne vulnus fetidū et
putridū eſt. cōfuge ergo ad medicū. age penitentiā dic. Iniqui
tatē meā ego cognoſco et peccatū meū cōtra me eſt ſp. Tibi ſoli
peccaui. qꝛ tu ſolus ſine peccato es. Conſiſtit aūt ſatiſfactio in
tribus. in oratione. elemoſina. et ieiunio. vt iſte ternarius nume
rus cōtra illud nephariū diabolicū peccatum apponat. oratio
cōtra ſupbiam. ieiuniū ꝯtra carnis cōcupiſcentia. elemoſina cō
tra auariciā. Vel ſic. Omne peccatū vel in deū cōmittitur: et cō
tra hoc ordinat oratio: vel in ꝓximū. et contra hoc ordinat ele
moſina. vel in nobiſmetipſos. ⁊ cōtra hoc ordinat ieiuniū. Et
ꝓpter ampliorē ſatiſfactionis declarationē modicū de elemoſi
na tangamus: dicit nempe ab elemon qđ eſt miſericordia. ⁊ ſy
na qđ eſt mandatū quaſi mandatū miſericordie. et ſcribendum
eſt ꝑ e. ſolet etiā ſcribi ꝑ y. et tunc dicit mandatū dei. Ipſe enī
ꝓprio ore eā mandauit fieri. Vñ Hieremias Date elemoſinas
et ecce omnia ſꝫ munda vobis. Vel aliter elemoſina dicit ab
ely qđ eſt deus et moys aqua quaſi aqua dei. ſicut enī aqua ex
tinguit ignē ſic elemoſina peccatū: hec catholicon. Sunt aūt
tria precipue que nos ad elemoſinā et opa pia debēt ꝓuocare.
Primū qꝛ miſericordia redimit culpā. puer. xvi. Miſericordia
et veritate redimit iniquitas. Et daniel. iiij. dicit ꝙ mulier ꝗ
cōgregauit in domo ſua vaſa vacua nō pauca parū olei qđ ha
buit in oīa vaſa diuiſit. et ſic creuit oleū per qđ mulier a credito
ribus liberatur. Vaſa vacua ſꝫ pauperes quos in domo debe
mus cōgregare. Iſa. lviij. Egenos vagoſqꝫ induc in domū tuā:
parum āt olei ꝑ oīa vaſa diſtribuit. Iuxta illud. Thobie. iiij.
Si exiguū tibi fuerit etiā exiguū libēter impartiri ſtude. Tūc
oleū miſericordie creſcit cum per meritū et gratiā aīa peccatrix
creditori deo de peccatis ſuis ſatiſfacit. Scđo elemoſina tpa
lia bona multiplicat. Vñ Grego. in dyalogo. Terrene ſubſtan

tie(ꝑ hoc ꝙ pauperibus diſtribuunt)multiplicant. Exemplū habemus.i.Regum.xvij.in vidua que Helyam pauit.cui ꝓpter hoc dñs farinā et oleū multiplicauit.ꝑ quod datur intelligi ꝙ pauperes magꝭ paſcūt elemoſinarios ꝙ̄ ecōtra.Tertio elemoſina ſiue opus miſericordie in morte elemoſinariū cuſtodit et animā eius cū claritate ad regnū celorum perducit. Uñ dicit Ambro.Sola miſericordia comes ē defunctoꝝ.O ꝙ̄ bonus ꝙ̄ neceſſarius morienti comes elemoſina noli ergo talē famulū dimittere vel talē aduocatū poſtergū relinquere.ſicut illi qui res ſuas auare retinentes nihil in vita ſua per manus ꝓprias pauperibus diſtribuūt.ſimiles ſꝫ illi qui poſtergū vult portare lucernam.cum dicat. Eccli.amico tuo.i.xp̄o vel anime tue vel pauperi.ne dicas vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi.cū ſtatim poſſis dare.Uñ ſciendū ꝙ diues a(quo petitur elemoſina)debet cōſiderare tria. Primo q̄s eam petit.qꝛ ipſemet dñs deus in tantū dilexit pauperes ꝙ quicq̄d pauperi feceris ꝓpter amorē ſuum reputat ſibi factū Mat.iij.Quod vni ex minimis his feciſtis.mihi feciſtis.petit ergo elemoſinam ꝑ pauperem ſuum dñs.a quo diues in oratione quotidiana petit regnum.et ideo cū pauperi negat elemoſinā diues timere debet ꝙ deus nō exaudiat eum cū petit ab eo regnū celoꝝ:dicit em̄ ꝓuer.xxi.Qui obturat aurē ad clamorem pauperis.⁊ ipſe clamabit ⁊ non audietur.Scd̄o habet diues cōſiderare q̄d petit deus qñ elemoſinā in ſuis pauperibus petit,petit vtiq̄ꝫ non noſtrum ſꝫ ſuū. et ideo ingratus eſt valde deo:qui pauperi negat neceſſariam elemoſinam cum de cibis dei habeat abundanter. et hoc conſiderauit.Dauid qui primo. Paral.dixit. Tua ſunt omnia domine ⁊ que de manu tua accepimus dedimus tibi. petit reuera ꝑ paurerē ſuum deus non ad dandum ſꝫ mutuandum. nec ad triplum ſꝫ ad centuplum vſuras Uñ Augu.O homo quid feneraris homini. fenerare deo vſuras ⁊ centuplum accipias et vitam eternā poſſidebis.Et idcirco nimis eſt ingratus:qui ad tales vſuras nō vult comodare deo:ad quales mutuares iudeo vel ſaraceno. Pro his omnibus chariſſime theſauriſa tibi pauperes in celo tanq̄ꝫ in tuto loco. opera miſericordie faciendo non interra. cor auari eſt quaſi fouea ſine fundo. et quo plus recipit plus concupiſcit.vt nunq̄ꝫ videatur impleta.

Juxta illud Eccl'e.ſeptimo. Auarus nunq̄ implebitur pecunia. Attende q̄ cor ſequit̄ theſaurū.ve aūt illi qui in terra theſauriſat.qui ꝑ cōſequens cor ſuū in terra tali periculo exulabit illic: ergo dixit Criſoſtomus Congrega ſubſtantiā tuam vbi patriam tuā habes. qui em̄ collocat theſaurū ſuū in terra nō habet q̄d ſperet.q̄d em̄ accipiet in celo vbi nihil habet repoſitū. illud ſolū tuū reputa qđ pauperibus erogaſti.nō em̄ ſt; hominis bona que ſecū deferre nō p̄t.vt inquit Ambroſius: Nihil tantum cōmendatur q̄ miſeratio charitatis.nō memini me legiſſe mala morte mortuū qui libenter exercuerit opa pietatis. Et Leo papa. Ad dn̄m integros fructus premittit a quo nū q̄ paup̱ triſtis receſſit.tāta ē virtus miſericordie vt ſine illa alie virtutes(ſi ſint)prodeſſe nō poſſunt. Q̄uis em̄ quis fidelis ſit. caſtus et ſobrius et maioribus alijs virtutibus preditus:ſi tn̄ miſericors nō eſt miſecordiā non inueniet. Hec in fauorē pauperum de virtutibus elemoſine et opeꝝ miſericordie dicta ſufficiant. Nunc ad ꝓpoſitum redeamus: Qui nō accipit crucē ſuā et ſequitur me nō eſt me dignus. Iſta crux penitentie cito eſt aſſumenda in tp̄e iuuentutis.q2 tunc homini magis prodeſt.et deo magis placet: Juxta illud Eccl'e.ſcđo. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue. Itē dicit idem. Fili ne tardes cōuerti ad dn̄m ihesum xp̄m.⁊ ne differas de die in diē.ſubito em̄ veniet eius ira.⁊ in tp̄e vindicte diſperdet te. S3 cōtra hoc ſalubre ſapientis cōſilium dyabolus immittit homini malam ſpem longioris vite dicens.iuuenis es:viues ⁊ facies penitentiā et ibis ad cōfeſſionē.multi nimis credūt iſti aduocato.q2 repromittūt ſibi longā vitam ꝓponentes ſe in ſenectute emendare.quos mors repentiua rapit et damnantur. Vn̄ dicit̄ Eccleſiaſtici viceſimonono capitulo: Repromiſſio nequiſſima multa ꝑdit. Eſt ergo notandū q̄ talis repromiſſio dyaboli longioris vite ⁊ ſenectutis penitendi nequā eſt.q2 cōtra ius ⁊ rationē. Nequior.quia cōtra ip̄m peccatorē. Sed nequiſſima.q2 cōtra dei bonitatē.q̄ ſit nequā.et cōtra ius ⁊ rationē apparet tribus exemplis. Primū eſt.q2 qui haberet decē aſinos ⁊ totū imponeret debiliori.faceret cōtra iuſticiā et rationē.ſic ille qui totū onus penitentie peccatoꝝ que commiſit in quatuor etatibus. adoleſcentia.iuuentute.virilitate.⁊ ſenectute.vult ſoli ſenectute

imponere qn̄ iam debilis eſt ⁊ non p̄t laborare. talis meretur maledictionē. ſicut dicit̄ zacharie primo capitulo Maledictus hō qui habet in grege ſuo maſculū ⁊ immolat debile dn̄o. ſic ē ille qui fortitudinē ſue etatis tranſit ⁊ debilitatē ſenectutis ſue ꝓponit immolare deo. Iſidorus qui tempus cōgruum peniten tie ꝑdit fruſtra ante dei ianuam cū precibus venit. Secundū exemplū eſt qui non poſſ3 leuare minus onus qn̄ multo fortior eſt ⁊ potentior. ⁊ vellet illud leuare qn̄ multo maius eſſet ⁊ ipſe debilior factus fuiſſet. merito ſtultus ⁊ iniuſtus reputaret̄. ſic eſt de illo qui onus peccatoꝝ ⁊ penitentie qn̄ minus eſt ⁊ ipſe fortior. ſc3 in iuuentute nō vult portare ⁊ credit melius porta re quādo onus erit augmentatum ⁊ ipſe debilior factus eſt. et aſſimilatur iſti ſtulto de quo in vitaſpatrū dicitur q̇ ſcindebat ligna ⁊ de illis faciebat ſarcinam ⁊ poſtea temptabat leuare: et cū videbat q̇ non poterat de facili portare. iteꝝ ſcindebat alia ligna ⁊ apponebat ad ſarcinam ⁊ poſtea temptabat: et quanto plus ponderabat tāta plura addebat. Sic faciunt peccatores quādo primo ſumūt pondus peccatoꝝ ⁊ penitentie ſtatum de ponunt: ⁊ peccatis addunt: Quia ſicut inquit beatus Gregori us. Peccatū quod ꝑ penitentiā non deletur mox ſuo pondere ad aliud trahit. Tercium exemplū. Ille qui ꝑ totam vitam ſu am cū magnis cuſtodibus parat ſibi domū vbi non intenderet morari vllo modo et domū quā optat ⁊ cupit ꝑpetuo habita re deſtrueret pro poſſe ſuo. talis aperte facere cōtra rationē et merito ſtultus ⁊ infamis deberet reputari. ſic etiā eſt peccator qui vſq3 ad mortē differt cōuerti. ipſe em̄ ꝑ totam vitam ſuam parat domū ſuam in inferno: cum tamen nullo modo velit ibi habitare ideo timeat ſententiam Pauli dicentis. Qui facit cō tra cōſcientiam edificat ad gehennam. Scđo q̇ iſta longioris vite ꝓmiſſio nequior ſit cōtra ipſum peccatorē apparet ꝑ duo exempla. Primum eſt: quia qui plus ſe diligeret infirmum q̄3 ſanum. ſeruū q̄3 liberum. nihil habentem q̄3 omniū bonorum ꝑticipem. talis iniquus eſſet contra ſeipſum. talis eſt peccator qui tardat agere penitentiam. quia plus diligit ſe eſſe in pecca to quod ē infirmitas ſpiritualis vel potius mors dicenda eſt. vel intantum peccator impius eſt contra ſeipſum eo q̇ magis ſe diligit mortuū q̄3 viuum. ſeruum q̄3 liberum. malum q̄3 bonū



255

Unde dicit Johannes in ſua canonica. Qui facit peccatum ſerruus eſt peccati. Et Auguſtinus Bonus homo (etiã ſi ſeruit) bonus ē. malus homo (etiã ſi regnat) famulus eſt ꝛ ſeruus: ſꝫ quod eſt peius tot dominoꝝ ſeruus quot vicioꝝ. Secuudũ exemplum. Jlle qui deberet magnam pecuniam ad vſuras que creſceret quotidie nec poſſet ꝑſoluere ꝛ tamē tardaret quãtum poſſet talis homo faceret cõtra ſeipſum. ſic eſt in ꝓpoſito morari in peccatis quãtum debitum currit ad vſuras. quãto homo diutius fuerit in peccato tãto plus ſoluet de pena. Apocalipſis. decimoſexto. Quãtum ſe glorificauit in delicijs fuit. tm̄ date ei tormentum ꝛ luctum. Tertio ꝙ iſta promiſſio longioris vite ſit nequiſſima quia cõtra dei bonitatē apparet ꝑ tria exempla. Primum eſt. quia ſi aliquis iuuenis dominũ ſuum (cui ſeruire ꝛ obedire tenetur ꝛ a qno omnia bona ſua haberet) ꝑ totam vitam ſuam impugnaret ꝛ inimico domini ſui ſeruiret et obediret. ꝛ poſtea ſenio confectus in fine vite ſue vellet domino ſuo obedire ꝛ ſeruire. ꝛ ſuum ſeruitium ei offerret iniquus cõtra dominũ ſuum eſſet nec multum tale ſeruitium domino ſuo placeret. ſic eſt peccator qui peccando offendit deum ꝛ ſeruit inimico dyabolo in iuuentute ſua. ꝛ in ſenectute preponit ſeruire deo omnipotenti. Secundũ eſt ſi aliquis recepiſſet dona maxima a domino ſuo ad multiplicandum ꝛ lucrandum ꝛ ꝙ ipſe deberet habere lucrum ſupflue expenderet et pro nihilo daret in cõtemptum domini impie ageret ꝛ contra curialitatē domini ſui ingratus eſſet. ſic eſt peccator qui corpus et animã. ſenſus anime vires corporis. temporalia bona. ſpacium vite ꝛ alia multa magna bñficia recepit a deo ꝛ omnia iſta expendit in cõtumeliam creatoris peccando multipliciter apteqꝫ faciendo cõtra bonitatē dei. De anima quippe que tradita eſt nobis a deo quaſi theſaurus ꝑcioſus. ſic dicit Gregorius Ue mihi ſi talentum mihi traditum in auimam meã negligenter ſeruauero. que precioſo ſanguine agni incõtaminati appreciatur. De tpe dicit idem Grego. Nõ eſt tempus tibi impenſum qđ non a te exigetur qualiter expenſum fuerit. Terciũ exemplum eſt. ſi eſt aliquis ſeruus diſpenſator bonoꝝ alicuius dm̄ qui bonũ panē et bonũ vinum ꝛ meliora cibaria daret extraneis ꝛ inimicis dm̄ ſui. ꝛ dño ſuo daret de pane corrupto ꝛ de furfure ad

comedendū et etiā de putridis carnibus et piſcibus. daret quoq3 ei ad potandū de vini ſui fecibus impie ageret ꝛ cōtra dñm ſuum. Sic eſt peccatoꝛ illud qđ pulchꝛius ꝛ melius eſt de vita ſua. id ē iuuentutē ꝛ foꝛtitudinē ſuam dat mūdo ꝛ dyabolo qui ſt3 inimici xp̄i. ꝛ quod peius eſt. i. nouiſſimū vite ſue ꝓponit deo ſuo dare. nō ſic faciebat. Dauid cū dicebat. Foꝛtitudinē meam cuſtodiā. i. ad ſeruiendū tibi. et Eccl'i. ait Noli offerre dño feces ſenectutis ſ3 vinum libaminū floꝛide iuuentutis. ꝛ de peccatoꝛibus penitentiā differētibus. Hec ait Grego. Satis alienus eſt a fide qui ad agendū penitentiā tempus ſenectut3 expectat. cū nullū diē vite ſue in ſua habeat poteſtate: idcirco iuxta conſiliū Iſidoꝛi. Feſtinare debet vnuſquiſq3 ad deū penitēdo dum p̄t. ſi dum poteſt noluerit omnino cum voluerit tarde nō poſſit. Igitur feſtina ad penitentiam chariſſime ne tardaueris vt nō cum fatuis virginibus finaliter excludaris.

De cōtemptu et odio mundi. Capitulum quartum.

Olite diligere mundū neq3 ea que in mūdo ſt3. Si q̄s diligit mundū non eſt caritas dei in eo. mundus tranſit ꝛ cōcupiſcētia eius. i. Johā. i. Et hec ṽba ptractans beatus Augu. ait: Quid vis vtrū amare tꝑalia ꝛ trāſire cū tꝑe. an mundū non amare ꝛ in eternū viuere cū deo. amas ſeculum abſoꝛbebit te. amatores ſuos vocare nouit nō poꝛtare. mūdus nempe quaſi excōmunicatus eſt q2 ſicut ꝓ excōmunicato non oꝛatur in eccleſia ſic nec xp̄s oꝛat ꝓ mūdo. qui tñ pꝛo ſuis crucifixoꝛibus oꝛauit. q̄3 ſtultū eſt etiā tali dño ſeruire. qui in fine ſeruū mundū ꝛ ſine mercede eijcere cōſueuit ſicut facit mūdus. Vñ loquitur ad Soldanū rex babilonie cū apud damaſcum infirmaretur vſq3 ad moꝛtē ꝛ ſciret ſibi moꝛtē imminere. ſigniferum ſuū vocat dicens ei. Tu ſoles ferre vexilla mea ad bella. fer nūc moꝛtis mee vexillum. ſc3 hunc paniculum ꝑ totam damaſcum dicēs. Ecce oꝛientis rex moꝛiens nō fert ſecū niſi hūc vilem panniculū. Simile vero legitur. q̄ quidam rex lothoꝛingie iuuenis (cum eſſet in extremis) reſpiciens ſua palacia ꝛ domos ſuos dixit pluribus audientibus. O dñe ihesu quātum cōtemnendus eſt mūdus iſte. ecce q̄ tot habui palacia ꝛ hoſpicia neſcio quo debeā hac nocte ire vel qui debeat me hoſpicio ſuſcipere. Relinque ergo o peccatoꝛ diuū eiuū in hoc mundo an̄q3

BIBLIOTEKA GŁÓWNA Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

in tanta paupertate relinquaris ab eo Jacob.i. Qui amicus
eſt huius mūdi.dei inimicus cōſtituitur. Et Grego. Tāto deo
ꝗs eſt ꝓximius quāto ab amore mundi eſt alienus. Ad qḋ ſig
nificandum xp̄us nudus extra ciuitatē pati voluit ⁊ crucifigi.
vt oſtenderet ſibi nihil eſſe cōmune cū mundo.⁊ quicūqꝫ volue
rit ſequi paſſionis fructū debet exire mundū. ſaltem ꝑ affectū
et mundanā cōuerſationē.Vñ dicit dñs. Hiere. Fugite de ba
bilonia ⁊ ſaluet vnuſquiſqꝫ animā ſuam Babilon ſm Hiero.
interpretaꝛ domus cōfuſionis ⁊ ſignificat hūc mundū.in quo
iam vbiqꝫ regnat cōfuſio tam in clero ꝙ̄ in populo.tam in reli
gioſis ꝙ̄ in ſecularibus. tam in ſenibus ꝙ̄ in iuuenibus:tā in
viris ꝙ̄ in mulieribus:ita vt merito dicat. Johēs in canonica
ſua Totus mundus in maligno poſitus eſt.⁊ idcirco conſulit.
Bernardus fugiendum eſſe ad vitam religioſam dicēs. Fugite
de medio babilonis id eſt de mūdo ⁊ ſaluate animas veſtras.
cōuolate ad vrbes refugij id eſt ad vitā religioſam vbi poſſitis
de p̄teritis agere penitentiā:⁊ futuram gloriā fiducialiter poſtu
lare. Nō vos penitentie auſteritas deterreat qꝛ non ſūt cōdigne
paſſiones huius temporis ad preteritā culpam que remittitur
et ad futurā gloriā que ꝓmittitur. Sciendum ꝙ mundum de
bemus fugere ꝓpter quatuor. Primo eñ ſolent ſapientes recor
dare a loco infecto.peſtilentia vel fetore.et maxime quādo vel
egros ſe ſentiūt vel egrotare ſe agnoſcunt. talis eſt mundus qui
tot mala peccantiū habet. videmus eñ tot fetores inficientes
animā noſtrā quos recipimus. idcirco cū peccatū ſit morbus
cōtagioſus fugiēda eſt ſocietas maloꝝ.qꝛ nō eſt cautum ſanis
cum leproſis habitare. Et Eccl.xiij.dicitur. Qui tetigerit pi
cem inquinabitur ab ea.⁊ qui cōmunicauerit cū ſupbo induet
ſupbiam. Et Hiero. Certe nihil tā nocet hominibus ꝙ̄ ma
la ſocietas.talis eñ efficitur homo quali ſocietate ꝑfruitur.nū
ꝙ̄ cum agno lupus habitat.vir caſtus ſocietatē luxurioſi aufu
git pluſꝙ̄ impoſſibile puto virum diutius in bonis permanere
qui opibus maloꝝ aſſidua cōuerſatione vtitur:vociferat pſal.
Cum ſancto ſanctus eris ⁊ cum ꝑuerſo peruerteris.⁊ cum vi
ro electo electus eris. ſicut enim nocet mala conuerſatio ita
prodeſt bona.nihil p̄t comparari huic theſauro.qui bonā inue
nit ſocietatem vitam inueniet diuitijs afflui. Et vt certe vere

dicam.raro homo bonus vel malus efficitur niſi ob ſocietatis
cauſam.pueri eñi cor tanq̃ tabula raſa in qua nihil depictū eſt
fore dicitur:illud ergo qđ a ſocietate recipit vſq̃ ad ſenectā reti
net ſiue bonū.vt ait Hiero.ſiue malū.Debemus ergo nos elō
gare a mundo mala ꝓpter mali vicini moleſtiā.nullus aūt vici
nus ita p̄t nocere ſicut vicinitas peccatoꝝ.quoꝝ mundus ple
nus eſt.Scđo ſolēt ſapiētes recedere a locis in quibus timēt
ſe tradi in manſbus inimicoꝝ ſuoꝝ qđ facit mundns ꝓpter qđ
ſibi cōgruit illud iude traditoris. Quēcunq̃ oſculatus fuero
ipſe eſt tenete eū.que ꝟba dicit mundus demonibus.nā quos
mundus oſculatꝰ in p̄ñti.i.exaltat honoribus.hoſtibus eius ſcʒ
demonibus tradit vñ Hiero.Signū manifeſte damnationis
eſt in hoc mūdo ſua beneplacita aſſequi.a mūdo diligi.errat in
via qui ꝑ diuitias et delicias feſtinat ire. Hec Hiere.Tertio
ſolent ſapientes ſe elongare aliquo loco ꝓpter aliqđ periculum.
mundus aūt locus eſt periculoſiſſimus qui mare dicitꝰ Unde
pſal.Hoc mare magnū et ſpacioſum manibus periculū huius
mūdi ſiue maris iuxta verbū Ber.probat.tranſeuntiū raritas
et ꝑeuntiū multitudo in mari marſilie de quatuor nauibus vix
erit vna.In huius mūdi mari de quatuor animabus vix ſalua
tur vna:quaſi eñi locus diluuij eſt mūdus iſte vbi pauci reſpec
tu ꝑeuntium ſaluanꝰ.mundus eſt ſicut fornax babilonica igne
infernali ſuccenſa.ideo valde timendū eſt hoī in eo ꝙ ad ſibilū
vnius verbi accenditꝰ igne ire ad vnius mulieris aſpectū igne
luxurie ad aſpectū vnius rei precioſe igne cōcupiſcentie.Quar
to elongat ſe hō diſſipatus ab aliquo ꝓpter inimici capitalis ti
morē.Inimicus noſter capitalis eſt dyabolus princeps mūdi
qui mortē noſtrā minatꝰ a quo nos elongamus dum mundū de
ſerimus Eccli.xi.Lōge eſto ab hoīe poteſtatē habēte occiden
di.hō iſte dyabolus qui ſic dicitꝰ.qꝛ ab hoīe deuincitꝰ.Mat.xiiij.
Inimicus hō hoc facit Propterea ſciendū eſt ꝙ aliter non p̄t
ꝑfecte vinci mundus niſi ꝑ exitum ab eo.vñ legitꝰ in vitaſpatrū
ꝙ beatus Acernius adhuc in palatio imperatoꝝ exiſtens roga
uit deum dicens.Dñe obſecro dirige me ad ſalutē ⁊ venit vox
dicens ei Acernie fuge hoīes et ſaluaberis:ipſe aūt ſtatim ad
monachalem venit vitā.Itē deum orauit dicens.Dñe dirige
me ad ſalutem.et vox iteꝝ dicit acernie fuge vince tace quieſce.

Hec enĩ ſunt radices non peccandi. nam in fuga vincitur con cupiſcentia carnis. ſilentio: ſupbia vite. quiete deſiderioꝝ aua ricia. Itẽ Iſido. ad cõtemptum mũdi nos exhortans ait. Si vis eſſe quietus nihil ſeculi appetas. abijce abs te quicquid bo num ꝓpoſitũ impedire poterit eſto mortuus mundo ⁊ mundus tibi. mundi gloriam tanq̃ȝ mortuus nõ aſpicias. viuẽs cõtemp ne qđ poſt mortem non poteris habere. De huius mundi vita dicit. Hiero. O vite mundi non vita ſed mors. vita fallax vita onuſta triſticijs. imbecillis et vmbratica vita mendax nunc vt flores ſtatim areſcis priuans vitam cui ineſt vita fragilis vita momnetanea ⁊ caduca que quãto magis creſcis tanto magis decreſcis. cũ plus procedis plus ad mortẽ appropinquas. o vi ta plena laqueis quot in muudo homines illaqueas. quot p̃te iam ſuſtinẽt tormenta infernalia. q̃ȝ beatus qui tuas agnoſcit fallacias q̃ȝ beatior qui de tuis nõ curat blandicijs. q̃ȝ beatiſſi mus qui a te bñ priuatus eſt. Augu. Mundus clamat ego de ficiam. caro clamat ego inficiã miſer quẽ ſequeris. O chariſſi me ſi hec (que iã legiſti) nõ te moueant ad cõtemptum mundi ⁊ coꝝ (que in eo ſt̃) audi Bernar. De amatoribus mũdi dicentẽ ve illis quibus preparaṫ dolor vermiũ ardor flãmaꝝ ſitis cõti nua. fletus et ſtridor dentium horribiles facies demonum. ibi mors optabiṫ et non dabitur ibi nullus ordo ſȝ ſempiternus horror quiſputas tũc erit meror que triſticia quis luctus qñ ſe parabiṫ iniuſtus a cõſortio iuſtoꝝ et tradentur iniuſti poteſta ti demonũ ⁊ ibunt cũ eis ad eternũ ſupplicium. gaudia paradiſi nunq̃ȝ ſuſcepturi ſȝ ꝑpetuo cruciãdi. ibi torquẽs nec perimens fatigabitur. qui torquebiṫ non moritur ſȝ ſine ſpe venie viuent et nõ morienṫ. morientur ⁊ nõ ꝯſumentur. Iſido. Si habes ſa pientiã ſalomonis. fortitudinẽ Sampſonis. ſi longitudinẽ vi te Enoch. ſi Ptholomei poteſtatẽ: ſi diuitias Creſi: q̃d ꝓdeſt tibi ſi caro tua datur vermibus. anima demonibus cruciãda cũ diuite ſine fine. Item monere te debet ad deſpiciendũ hunc mundũ et ea que in mundo ſt̃ breuitas t̃pis ⁊ vite. ⁊ incertitu do mortis. Vñ Grego. Reproboꝝ mẽtes idcirco multa nequi ter agũt qui ſe hic viuere diutius arbitranṫ. iuſti vero q: breui tatẽ vite ſue cõſiderant elationes ⁊ immũdicie culpas declinãt. De breuitate huius vite đt beatus Iacobus. iiij. cap. canonice

ſue. Quid eſt vita noſtra niſi vapor ad modicū apparens deinceps exterminabitur. Et Augu. Uita hoīs ita breuis eſt ab infantia vſq₃ ad decrepitā ſenectutē. Adam ſi adhuc viueret ꝛ hodie moreretur ꝗd illi longitudo vite ꝓfuiſſet. Idem quicq̇d de tp̄e viuitur de ſpacio viuēdi diminuit᷑. vt oīno nihil aliud ſit vita pn̄s ꝙ̄ curſus ad mortē. in quo nemo ſtare paululū vel tardius ire ꝑmittitur. ſ₃ vrgent᷑ oēs pari motu ſingulis diebus facere dictā ad corꝑis mortē. Seneca Quotidie morimur. q₂ quotidie demit᷑ aliqua ꝑs vite. ecce dilectiſſime ſi bn̄ te inſpexeris ꝛ ꝟba tibi iā dicta ac etiā poſtea ſcribēda cordis auribus diligenter ꝑceperis potius deberes dicere vado ad moriendū ꝙ̄ crederes ꝑ longū tēpus viuere. ꝛ forte diceres hec ꝟba vltima vado ad moriendū tu aūt eſtimas diu viuere. ꝛ hec tꝑalia bona ꝛ mūdana gaudia annis multis in delicijs poſſidere. S₃ chariſſime nō ſic. homo eñ vt ait pſla. Uanitati ſimilis factus dies eius.

¶ De falſa mundi gloria potentia et dignitate et caducis eius diuitijs cōtemnendis. Capitulum v.

